

sophismatis dormientem discere nunc literas.

Propter hoc diuisiones, quoniam quinque sunt duo et tria, paria, et imparia. Et quod maius equale, tantumdem enim et adhuc amplius. Nam eadem oratio diuisa et composita non idem semper videbitur significare. Et ego te posui seruum existentem liberum, et hoc, quinquaginta virosum centum diuus liquit Achilles.

Et quartum modum apparentium elenchorum circa dictionem hic circa diuisionem ponendo non per sophismata qualis sit eorum nobis affert, sed etiam per exempla quaedam que non sunt sophismata paralogistica, sed simpliciter sic in pedestri oratione posita, que sunt hoc proceperatus denarius. Sed circa diuisiones sic nominat, quod que dicta adsum potentia hec diuidens sophista et seorsus ponens claudit hoc actum adesse illi de quo syllogismus facit. Hoc autem non cluderet nisi diuisio facta sit. Vbi gratia numerus quinque cum habeat in seipso potentia parum et imparum, sophista diuidendo eum qui non est parum offendit parum et non parum esse sic in prima figura de dictione sophismatis facit. Nonne quinque in duo et tria diuiditur, sed tria et duo non sunt parum et imparum, igitur quinque parum et imparum est, sophista autem est circa diuisionem, nam partes in toto potentia sunt, nam in quinque potentia sunt duo et tria, sed potentia aliquid ens non est illud quod potest fieri ceu arbor stans potentia est nauigium non est nauigium. Itaque informatum cum sit potentia statua non est statua. Paralogismus igitur concludentem quinque esse paria et imparia esse manifestum. Aristoteli posuit, sed illum maiora equalia esse minoribus cludentem valde breuiter posuit et ob id videtur occulte obscurum; proferre illi. Oportet autem subaudire in hoc maius equale minorum ut sit plena et absolute contentus sententia, et de dictione sophismatis sic interrogaretur. Nonne octo in sex et duo diuiditur: vtrique. Item nonne in quinque et tria, vtrique igitur octo diuiditur in sex et duo, ac in quinque et tria, sed sex et duo ac quinque et tres sunt sexdecim, octo igitur diuiditur in sexdecim, equalis igitur est sexdecim huic octo. Maius minorum. Sed hoc sophisma etiam est circa diuisionem. Nam hec potentia sunt in ipso octo. Ceterum illud, tantumdem enim et adhuc amplius sic subiunctum est, quasi dicat sexdecim, id est maius tantum est quantum octo, et adhuc amplius. Nam infirmans paralogismus ob diuisionem per ea que in dicitur sophismata etiam adducit exemplum ostendentis eandem orationem diuisam et compositam non idem significare. Nam illud ego te posui seruum ipsum dictum per sex, et rursus ego te posui liberum non idem significat et quado ambo componenda orationem perfecterint dicentem, ego te posui seruum existentem liberum. Simile huic est et deinceps illud positum. Non enim ut sophista positus est, sed etiam ipsum ut exemplum sumptum est huic quod non idem significant oratio et sue partes. Est autem hoc, quinquaginta virosum centum diuus reliquit Achilles. Nam aliud in dicitur diuisis dorminibus a quinquaginta, et aliud compositis, nam si punctum collocabimus in quinquaginta dicentes quod quinquaginta, centum virosum, significat quod diuus Achilles a centum viris reliquit quinquaginta, si autem in centum, alterum rursus indicatur quod a quinquaginta viris reliquit centum.

Propter accentum autem, in ipso, que sunt

sine scriptura, non facile est dialecticis facere orationem, in scripturis autem, et poematibus magis, ut memoro longas perennante noctes Lydia dormis, et huiusmodi tantum cingerunt tibera nimbi. Que igitur per accentum sunt. Hec sunt.

Quintus modus sophismatum circa dictionem est qui ob accentum est qui in dialecticis orationibus non scriptis sed dictis non facile fit, sed in scriptis dialecticis orationibus et Homericis carminibus fieri potest. Et nominatur ob accentum, quia tonus ad quem canimus etiam orationes facimus, paralogismus facit, modo sic modo aliter et aliter, vel et alibi positus, verbi gratia in colloquio et prolatione non decipit aliquando dicens si aliena area quis rapuerit nisi publica et plebis. Nam sumptus est dicens penacurum orationem inferens, vel forte et pro penacurum et non deciperet aliquando cum qui audit, sed nunc in penacurum dicitur hoc legon grece id est dicens et nunc in propenacurum transferunt. Nam qui huiusmodi dixit sui ipsius consilium et voluntate indicant. Quod si in scriptura fuerit positum illud dimissa scilicet publica et plebis nullum tonum habens, tunc certe et paralogismus conficeret. Dixit autem non facile fieri orationem in his sine scriptura, quia quando est in his ea efficitur, ut quando aliquis diceret. Nonne illud quod dissoluis dormis: vtrique, sed illud: non dissoluis est negatio huius dissoluis: vtrique, dormis igitur est negatio, est hoc sophisma circa accentum. Equidem in prima propositione huius quod dissoluis cuius illud quod circumscribitur datur, sed in secunda non sic acceptum est. Rursus, non stat terminus, sed nonne animal rationale scientie capax diffinitio, igitur stat animal rationale scientie capax, et hoc sophisma ob accentum. Verum exemplum inferri huic ob accentum quod quidem dicitur maxime fieri in carminibus et poematibus Homeri. Equidem ponitur in Illiade eius que inscribitur et grece, id est vigesima tertia, vbi etiam in Patroclo dicitur, id est circumscribitur, et hoc sophisma a poeta Nestore qui filio Antilochi statuit ea que sunt de equestri exercitu gerenda et de loco disserit vbi debet certamen committi cum reliquis aurigis, et post alia inquit etiam sic se habentia de meta.

Metam autem dicam valde manifeste neque te latebit. Stat lignum aridum quantum vlna supra terram. Vel quercus vel silice quod quidem non fatiscit imbre.

Lapides autem huius vtrique firmati sunt.

In angustiis vix planus autem Hippodromo.

Quidam igitur detrahentes Homero dicentes illud non est dicentes aliquid absurdum ipsum dixisse ob id perinde ac dicat quod lignum illius supra apparetis quod quercus vel arborum tenuioribus solus quod pinus nominat, aliquid putrescit et aliquid non putrescit marcescit. Nam si hoc non indicant manifeste, illud tamen quod aliquid non marcescit dicunt manifeste significari per dictum hoc in greco hoc modo circumscribo hoc, quod non particula negatiua dicebatur sine circumscribo, quod dictum est fatiscit imbre, perinde ac aliquid ex arbore illo tenuioribus solus quod pinus marcescit et putrescit imbribus et aliquid non putrescit. Quod igitur Homero detrahunt cum dixerit hoc absurde. Sed corrigat hoc in libro de arte metrica, ut ipse Aristoteles in rethorica, Hippasus ille Thasius non circumscribere legendo illud non loquitur significaret quod, si negatiue, quod ipse acuto tono dicitur.